Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-599180-p0001-4

Dissertationes in hoc volumine contentae.

1. Positiones quaedam Juridico-Politicae dubiae, quas praeside Henningo Grossen, J. V. D. publicae ventilationi commisit Jacobus Clemens. Vratislav. Siles. Wittebergae.

2. Conclusiones aliquot ex corpore, praeside Daniele Nebel JC., defensae à Gotfrido Martini Torg. Heidelbergae.

3. Positiones de inculpata tutelâ, quas disputandas proposuit Leopoldus Hackelmann J. V. D. Resp. Bernhardo ab Arnimb. Eq. March. Lips.

4. Disput. de Pactis, quam praeside D. Wilhelmo Schmuck defendit Wilhelm Müller. Hamburgo Lipsiae.

5. Disput. ad l. Transigere 18. C. de Transactionibus, quam Conradus Carpzovius J. V. D. Resp. Christiano Carpzovio Coldi. Misnicus Wittebergae.

6. Positiones ex eadem l. 18, quas placidae collationi subiecit Franciscus Romanus J. V. D. Resp. Christiano à Brandenstein. Lipsiae.

7. Assertiones de Servitutibus realibus, quas examinandas proposuit Fridericus Georgii. J. V. D. Resp. Philippo Lochmann. Bornensi. Lipsiae.

8. Disput. de dolo, quam praeside Valentino Riemero JC., publico examini subiecit Magnus Völger. Hannover. Jenae.

9. Disput. de Probationibus, quam praeside Conrado Carpzovio J. V. D. publico examini exhibuit Henning Schabbel. Wismar. Megapol. Wittebergae.

10. Disp. de Fide Testamentorum, quam praeside Ortholpho Fomanno JC. [illegible] Johannes Christophorus Avemannus. Hennae. Jenae.

2
42

D. O. M. A.

DECRETO ET AVTORITATE AMPLISSIMI IVRECONSVLTORVM ORDINIS,

IN

Antiquiſſima HEIDELBERGENSI *Academia*,

PRÆSIDE

Viro Clariſſimo,

DANIELE Nebel. JC. ET PANDECTARUM PROFESSORE ORDINARIO.

Pro ſupremo in utroque Iure DOCTORATUS honore, inſignibus & privilegiis obtinendis, publicè ad diem [illegible]III. Octobris,

Sequentes controverſas Concluſiones pro virili defendere conabitur,

GODFRIDUS MARTINI TORGENSIS liberalium artium Magiſter.

THESIS I.

CUM inter omnes cõſtet, fragile eſſe & infirmum MINORUM judicium, multisq; captionibus ſuppoſitum, PRÆTOR æquitatis vindex, ſuo Edicto eis pollicetur auxilium, in integrum reſtituendo eos, qui læſi & circumventi ſunt. Hinc quæritur an Jurium Doctores 25 annis minores, lœſi, beneficium reſtitutionis in integrum implorare poſſint? Quod affirmandum contra Interpretes puto. *L.1 ff. de reſt. in integr. L.1. in princ. ff. de minor.*

II.

Quid ſi minor ſine curatoris, quem habet, conſenſu, prædia ſua diſtraxerit, valebitne contractus? Et Diocletianus ac Maximinianus conſtituerunt, eiusmodi contractum non eſſe ſervandum. *L.3. C. de integr. reſt.*

III.

Rectè itaque Interpretes communiter negant, minorem abſque ſui curatoris conſenſu obligari. Nam minor curatorem habens, non abſimilis habetur ei, cui à Prætore, Curatore dato, bonis interdictum eſt. *d. L.3.*

IV.

Non verò propterea ſequitur, minorem ſponſalia & matrimonium abſq; curatoris conſenſu non rectè contrahere. Nam ad matrimonium contrahendum ſufficit conſenſus eorum, de quorum conjunctione agitur, dum tamen liberi parentum, in quorum poteſtate ſunt, conſenſum habeant. Hoc enim fieri debere & civilis & naturalis ſuadet ratio. *In princ. Inſt. de nupt.*

V.

Tutoris datio neque Imperij eſt, neque Jurisdictionis, ſed ei ſoli competit, cui nominatim hoc dedit vel Lex, vel Senatusconſultum, vel Princeps. *L. muto. 6. §. tutoris 2. ff. de tutel.*

VI.

Mulier de ſuo beneficio admonita, etiam extra judicium efficaciter renunciat SC. Vellejano. *L. final. §. ſi mulier pro eo. 4. ff. ad SC. Vellej.*

VII.

Creditis & mutuo datis centum aureis, vel thaleris, tot aurei vel thaleri in eadem monetæ ſpecie reddendi ſunt, nec liberatur debitor, ſi aliam, minutam præſertim, monetam, ſolverit. *L.2. in pr. & §.1. l.3. ff. de reb. cred. Conſt. monet. Imp August. Anno 1559. edita §.* **die itzt gemelte.** II.

VIII.

Illud, de quo digladiantur Interpretes Juris noſtri, mutata moneta quomodo facienda ſolutio; qui inſpiciendus valor; Conſtitutione Saxonica ita deciſum legimus, ut mutata monetæ bonitate, tam intrinſeca, in ipſa metalli ſubſtantia, **an Schrot vnd Korn**/ quàm extrinſeca, vel æſtimatione ac valore, **in Werdirung vnd Valvation**/ contractus tempus inſpiciendum ſit, mora remota, quæ moratori, ſive creditor, ſive debitor exiſtat, nocere ſolet. *Conſt. Sax. p. 2. c. 28.*

IX.

Jus offerendi, quod venditori, eiuſque hæredibus ex pacto competit, ut rem pro eodem, quo vẽdita eſt, precio perpetuò reemere poſſint, itemque luendi pignoris, quod debitor habet, longiſſimi temporis præſcriptione tolli & amitti poſſe defendere tentabo. *L. ſicut, 3. cum l. ſeq. C. de præſcr. 30. vel. 40. annor.*

X.

Contra Alciatum & Baronem nego Creditorem teneri debiti partem oblatam accipere, ſi de toto liquidò conſtet. *In princ. Inſt. Quib. mod. toll. obl. L. Obſignatione 9. C. de ſol.*

HEIDELBERGAE, TYPIS Johannis Lancelloti *Academiæ Typog.* ANNO cIↄ cI c X.

Clariſſimo & Conſultiſſimo Viro Dno

2

Herrn D. Magn

AB: 153709
X2615956
Retro
VD17
Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-599180-p0007-9

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-599180-p0008-5

2

A2

Inches Centimetres
Farbkarte #13
B.I.G.
Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-599180-p0009-3
DFG